



Si meliora dies, ut vina,  
poemata reddit, scire  
velim, chartis pretium  
quotus arroget annus.  
scriptor abhinc annos  
centum qui decidit, inter  
perfectos veteresque  
referri debet an inter vilis  
atque novos?

Excludat iurgia finis, "Est  
vetus atque probus,  
centum qui perficit  
annos." Quid, qui  
deperiit minor uno mense  
vel anno, inter quos  
referendus erit? Veteresne  
poetas, an quos et  
praesens et postera  
respuat aetas?

"Iste quidem veteres inter  
ponetur honeste, qui vel  
mense brevi vel toto est  
iunior anno." Utor  
permisso, caudaeque  
pilos ut equinae paulatim  
vello unum, demo etiam  
unum, dum cadat elusus  
ratione ruentis acervi, qui  
redit in fastos et virtutem  
aestimat annis miraturque  
nihil nisi quod Libitina

